

EFFIGIES
 REVERENDI ET CLARISSIMI VIRI IACOBI
 ANDREAE: SACRAE THEOLOGIAE DOCTORIS:
 Tybingensis Academiae Cancellarij.




O RA quidem uultusq; tuos, Clarissime Doctor,
 Hæc præsens nobis picta tabella refert:
 Sed tua mens qualis sit, non satis exprimet ullus,
 Hic quamuis Pylum uicerit eloquio.
 Nec tamen hæc obscura latet: sed cognita multis
 Ex libris, animi qui monumenta tui.
 Sueuica te tellus, te Misnica totus & orbis
 Christiadam nouit, suspicit atq; colit.
 Nil nisi scripta sonas Vatum, Verbumq; Tonantis,
 Idq; pia & pura simplicitate doces.

Cum Priuilegio Cæsareo.

Diuinis uerbis scelerata sophismata soluis,
 Fortiter humanos arguis atq; dolos,
 Siue rudes formes, & res & uerba supersunt,
 Anxia siue suo corda dolore leues.
 Seu placidis mulcere: feris seu flectere sensus
 Vis diclis: summa est gratia in ore tuo.
 Nunc agis ut redeat pax & concordia templis,
 Quorundam scedè, quam uiolare doli.
 Det DEVS, ut seros uiuas sceliciter annos,
 Atq; tua multum templa iuuentur ope.

Argentorati Apud Bernhardum Iobinum. M. D. LXXXI.



© Herzog Anton Ulrich-Museum Braunschweig

